

De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||
Ex Egregiis Manvscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm
in lucem prodiêre

Complectens Santos Mensivm Septembris Et Octobris

Surius, Laurentius

Coloniae Agrippinae, 1576-

VD16 S 10262

De S. Charitine virgine & martyre.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77413](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77413)

nauem descendens, Siciliam rediit, atque ad Syracusanam urbem deueniens, paulo illic tempore superuixit, in quo semper piè sancteque viuendo, finem vita compleuit, acquirens sibi regnum aeternum, intercedentibus sanctis martyribus, quibus fuit. Eccē quo-
rat famulus. Ex die vero qua sepulta sunt corpora sanctorum martyrum Placidi, modō San-
Eutychij ac Victorini fratum, & beatissimae virginis Flauiae sororis eorum, in ecclesia uenibus in-
sancti Baptiste Iohannis, ultra iam basilica illa sancti Iohannis vocata non est, sed in tercedunt.
honore sanctorum qui intus erat sepulti, sancti Placidi ecclesia vocabatur, usq; ad tem-
pora scilicet illa, quando Romani Siciliam amiserunt. Omnibus etiam temporibus
quibus Saraceni Siciliæ dominati sunt, ecclesia ipsa ex beati martyris Placidi nomine
vocabatur.

MARTYRIVM SANCTÆ ET GLORIOSÆ VIR-
GINIS ET MARTYRIS CHRISTI CHARITINES,
Authore Simeone Metaphraſte.

DO MINATVM aliquandò obtinuit impetas, & Impe- Octobris 5.
ratores furore concitauit aduersus eos, qui Christiano-
rum tenebat opinionem. Satellitum autem & ministro-
rum erat officium, scrutari Christianos: & pīs intenta-
bantur minā multiplicium tormentorum. Ad quendam
ergo Comitem generosa quoquē defertur virgo Char-
tine, quod non solum in honore habeat Christianos, sed
etiam multos inducat ad suam religionem: quinetiam
eos, qui opinionem suscepunt Christianorum, tutiores
reddat ad suum cultum. Ad eam ergo accedit Comes in
spe habitantem, & seorsum secum, & cum Deo versan-
tem. Accedit autem ira plenus: & statim ei plegas infligit, & ferreum ei collare impo-
nit: & eam tradit Cōsulari iniustissimo iudici. Ille vero & statim proponit instrumen-
ta suppliciorum: & cūm martyrem curāsset, siti ad suum tribunal: Miserere, inquit,
tuī, antequād periculum facias suppliciorum, sapienti vītēns consideratione: & dijs
immortalibus offer sacrificium. Sic enim tria lacerfacie maxima. Nam & deorū po-
tentiam tibi redes propitiā: & Imperatorum atrahes benevolentiam: & floren-
tem speciem acribus tormentis non facies flaccescere.

Hac cūm audijset martyr, ad cælum quidē tollit oculos, quod illinc proficiscitur, Respondeat
euocans auxilium: signo autem Christi munita: Es motibus, quidem, ait, varius, o*Judici fidē-*
ter.
Consularis, vaferque & callidus: sed ad nullam utilitatem aperte tibi redibit hæc per-
uersitas: neque enim me capies adulans, nec me minans perterritrefacies, nec consu-
lens me poteris in aliam traducere sententiam, nec mollire id, quod est in me prom-
ptum propter Christum patiendi studium. Confido enim in solo & vero Deo. Si mihi ergo credas, miserere potius tui erroris. Consule tibi ea, quæ sunt vtiliora, nempe
furda non colere simulactra: de quibus alicubi dixit noster propheta in spiritu: Dij, Iere. 10.
qui cælum & terram non fecerunt: & Dij gentium demonia, Dominus au-
tem cælos fecit. Et rursus: Simulacra gentium argentinum & aurum, opera manuum
hominum. Similes eis fiant, qui colunt ea.

Postquam hæc audiuit Iudeus, ira tursus repletus, iussit quidem eius capillos radii in Raduntur
superficie. Illud autem factum est, & maximum consecutum est miraculum. Caput eius capilli,
enim rursus fuit comatum. Ex quo Iudeus maiore ira motus, iubet prius ardentes sed diuini-
imponi eius capiti, deinde etiam acerum ei infundi, dolores si p̄r̄bēs actiores. Pro- tūs restitu-
pter quæ generosa virgo: Domine Iesu Christe, dixit, eorum, qui in te fidutiam posu- urar.
erunt, certum & firmum auxilium, qui tuos sanctos tres pueros in medio flammæ ar- Dan. 3.
dentis incombustos cōseruāsti, tu quoq; nunc mihi adihs, & ad ea, quæ propter te sus-
cipiuntur, confirmia supplicia, nē quandō de me liceat dicere inimicis veritatis: Vbi psal. 78.
est Deus eorum? Post preces autem relaxata fuit martyr à doloribus, & Deum lauda-
bat, ei agens gratias. Quæ quidem statim ægrè ferens Consularis, ferreos candentes
obeliscos iubet infigi vberibus martyris. Hoc ergo graui ei illato tormento, carnes vide cruci-
quidem ferreis illis obeliscis consumebantur: cordis autem eius amor in Christū ma- autum.
gis accendebat. Deinde etiam iubet lampades ignis eius admoueri lateribus. Illa

verò etiam dum lampades accendebantur, intentius perseverabat in orationibus. Sed à cruciato relaxata vis siebat, ut diis sacrificaret.

Cum autem & corde & labris in confessione esset immutabilis, Index, qui equè, atque ipsa in tormentis cōstans, ad malum erat obstinatus, iubet lapidem collo eius alligari, & sic eam deici in profundum maris. Quod quidem cum factum esset: Ago tibi gratias Domine, clamabat martyr, quod ut per aquam marinam trāsirem, propter sanctum tuum nōmē, tibi vīsum sit, quod inueniar munda in die resurrectionis: sed tua ostende, ut semper, nunc quoq; in me miracula, per quae magnum tuum nōmen magis glorificetur in secula seculorum. Amen. Hæc illa sic orauit, & dissoluta sunt vincula, & solus lapis fuit in profundo demersus. Illa autem (o miraculum) firmo ac stabili pede stabat super dorsum maris, & per aquas, tanquam per terrā solidam ingrediens, proficisciēbatur ad litus. Interim verò cum vidisset manentem Consularem, & expectantem, quisham futurus esset rei exitus, dicit: Salve Consularis. Ne nunc quidem intellexisti virtutem Christi, qui in me operatur? An adhuc contendis cæcutire, & repugnare veritati? Si ergo, relicis tenebris, ad veram lucem accesseris, tibi procurabis salutem. Quod si persistere velis in prioribus, mihi quidem eris causa multorum bonorum, tuæ autem animæ interitum conciliabis. Hanc dicendi libertatem cum non ferret vir execrandus, eo autem, quod in ea acciderat, miraculo esset stupefactus, à se discessit, eumq; vox & sermo defecit. Cum autem vix rādēm ad se rediisset, nolebat quidem intelligere, dicit autem: Ut magnam Galilai putem esse potentiam, persuadent ea, que facta sunt: sed ego conabor ostendere ea potius facta esse præstigijs. Sic dixit, & in eos, qui adstabant, statim oculos coniiciens, iubet eos statim nudare sanctam, & manibus post tergum vinclis eam rotæ aligare, & carbonum cumulum cum ferreis quibusdam lecantibus instrumentis subterraneo, & rotam frequentius circummagere, ut contritis paulatim membris, cum graui dolore martyr è vita excederet. Atq; machina quidem statim fuit perfecta: supernum autem rursus auxilium solito quoq; nunc ostendit. Nam descendens Angelus, & flammam carbonum extinxit, & robur carnificum dissoluit, ut nec rotam quidem possent omnino circummagere.

Hinc animo perplexus, & planè ignarus, quid ageret, Præses, non dubitauit alia ex cogitare supplicia. Iubet ergo manuum & pedum vngues ei euelli. Et illi quidè protinus fuerunt amputati: tormentum autem ab illa reputabatur, perinde ac si alius pateteretur. Ipse autem rursus prioribus alia adjiciens, ei quoq; iubet dentes extrahi: Sed quomodo Præses in graibus inueniendis, ita necilla in graibus ferendis supplicijs fuit defatigata. Itaque purum eius corpus probro afficere cogitauit sceleratus. Et ad ministros conuersus: Fam, inquit, accipite, & in excelsum & medium aliquem locum ducite: & præcones eentes per vniuersam regionem finitimam, ad probrum ei afferrandum conuocent chorum impudicorum. Postquam autem probro & contumelia satis fuerit affecta, eam ad me reducite, ut ea, quæ desunt, ei adjiciam. Martyr autem Christi ei respondit: Est mihi Christus, qui omnia sola voluntate transmutat, & solo nutu, qui etiam meam animā hodiè suscepit immaculatam, tuis, o prophane, dispersionis & dissipatis consilijs. Hæc cum dixisset, manus simul, mentem & oculos in calum tollens, orauit Deum, quem desiderabat. Postquam autem orauit, cum pace apud eum deposita animam, sacrificans purum corpus & spiritum ei, propter quem omnia pro nihilo reputabat, melius iudicans mori, quam peccare etiam præter sententiam.

Qui autem etiam post eius mortem, apud se immortalem volebat alere insaniam, Conularis quid machinatur? iubet eius corpus cum multa arena in saccum injici, & projici in profundum maris, non magis illam deinceps crucians, quam Christianos, & volens eos priuare diuitijs & gloria reliquiarum. Atq; sic quidem ad effectum est deductus Consularis iussus, & in vndas proiectum fuit corpus martyris. Sed ne tunc quidem tuū oblitus es, o Charitines, Deus, qui viciſſim glorificat eos, qui ipsum glorificant. Nam tunc quoq; ut solet, ostensus est faciens magnalia & tres quidem totos dies corpus tenuit mare pulchrè seruatum, & nullo penitus detrimēto affectum. Deinde corpus idem, quod communem coluit Dominum, ipsum quoq; omnino reueritum, amicè tradit propinquę cuidam terræ. Vir autē quidam, cui nōmen Claudius, moribus mitis ac moderatus, qui martyrem aluerat ab inepte ætate, eum id fideliter sustulisset, & præclarè condijisset, in quodam venerando loco id depositum, ei raptim constructo sepulcro, non ut illam decebat, sed ut tempus dabat, & eorum, qui tunc rerū potiebātur, præscribebat metus. Hic fuit finis Christi martyris Charitines, quinto men-

1. Reg. 2.

Insigne miraculum.

Qui autem etiam post eius mortem, apud se immortalem volebat alere insaniam, Conularis quid machinatur? iubet eius corpus cum multa arena in saccum injici, & projici in profundum maris, non magis illam deinceps crucians, quam Christianos, & volens eos priuare diuitijs & gloria reliquiarum. Atq; sic quidem ad effectum est deductus Consularis iussus, & in vndas proiectum fuit corpus martyris. Sed ne tunc quidem tuū oblitus es, o Charitines, Deus, qui viciſſim glorificat eos, qui ipsum glorificant. Nam tunc quoq; ut solet, ostensus est faciens magnalia & tres quidem totos dies corpus tenuit mare pulchrè seruatum, & nullo penitus detrimēto affectum. Deinde corpus idem, quod communem coluit Dominum, ipsum quoq; omnino reueritum, amicè tradit propinquę cuidam terræ. Vir autē quidam, cui nōmen Claudius, moribus mitis ac moderatus, qui martyrem aluerat ab inepte ætate, eum id fideliter sustulisset, & præclarè condijisset, in quodam venerando loco id depositum, ei raptim constructo sepulcro, non ut illam decebat, sed ut tempus dabat, & eorum, qui tunc rerū potiebātur, præscribebat metus. Hic fuit finis Christi martyris Charitines, quinto men-

Demergitur in profundū maris.

Præclarum miraculum.

Adscribit stule⁹ index virtutē Dei præstigijs.

Imane sup pliū diuinū impe ditur.

Horrendi cruciatus in vnguiū & dentium euallone.

Inter pre cesū Chri sto piritum reddit.

1. Reg. 2.

Insigne mi raculum.

DE S. MEINVLPHO DIAONO ET CONFESSORE. 667
to mensis Octobris, in Christo Iesu Domino nostro: Cui gloria & potentia in secula
seculorum, Amen.

VITA S. MEINVLPHI DIAONI ET CON-
FESSORIS, AVTHORE GOBELINO PERSONA, VT
habet codex manuscriptus. Stylum paſſim mutantur
F. Laur. Surius.

ANNO Dominicæ incarnationis septingentesimo septuaginta. Octobris,
agesimo septimo, cum Carolus Magnus eam Saxoniam Cap. 11.
partem, quam nunc Vestphaliam vocant, bello subegiſ-
ser, omnes maiores natu eius regionis venerunt ad eum
Paderbornam, uno dempto, Vuitikindo, viro primario,
quem nonnulli Regem, alij ducem fuisse arbitrantur. Ij
autem, qui ad Carolum venere, omnes in eodem loco Vestpha-
salutaribus baptizati vndis expiati sunt, visumque est Ca-
rolo Regi, illic Episcopi sedem constituere. Itaque tertio
ab hinc anno paruam ibi construit ecclesiam, etiamque,
quod locus necdum munitus esset, Heribolensi Episco-
po tum commendauit. Porro anno inde decimo quinto, Canonicum ecclesiae Her-
ibolensis Hatumarium, natione Vestphalum, primum illic Episcopum instituit. Hatumarii
cuius episcopatus anno quarto Leo Pöfifex Romanus, eius nominis tertius, ab amico
Roma pulsus, ad Regem Carolum Paderbornam venit, & ab eo honorifice inpri-
mis acceptus, sedem illam auctoritate Apostolica confirmauit.

Per id tempus vir quidam opulentus & nobilis, non longe ab eo loco habitans, Cap. 2.
Christianæ religione iam initiatuſ, viam vniuersalē carnis ingressus est, relicta uxore
catholica Vuitruduſ, & paruo filio, qui etsi per ætatem ambulare iam posset, nec-
dum tamen baptismatis fonte renatus erat. Ea ergo Vuitrudis, captata opportuni-
tate, ad Carolum Regem cum filio suo fidenter accessit, atque eius gratiam & be-
nevolentiam studuit promereri. At Rex foeminae humaniter & piè accipiens, filium
eius coram se curauit baptizari, & cum de sacro fonte suscipiens Meinulphi nomen ei
imposuit. Postquam autem Hatumarius primus Paderbornensis Episcopus eam eccl-
esiā annis octo administravit, ē vita deceſſit. Ei verò subrogatus est alius quidam Ca-
nonicus Heribolensis, Baduradus nomine, natione Vestphalus, præfuitq; illi eccl-
esiā ad annos quadraginta & octo, primariamque siue cathedrali ecclesiā, quam Meinulphus puer literis ad-
discendit est admotus. Cumque & ætate & scientia proficeret, Baduradus Episcopus
cum monasteriū ecclesiā Paderbornensis Canonicis accurate commendauit, ut sub
instituto regulari, pietatis & bonorum morum acciperet incrementa. Vbi ille sanè S. Meinul-
phus eti Episcopo à le-
crescit.
Baduradus
2. Episcopus
Paderbor-
nenſis.

Etus vir multa virtute clarus extiterit, suis testantur scriptis, qui eius ætate vixere, vir-
tutum eius hoc singulare quoddam documentum ad posteriorū notioriam annotantes.
Cum enim, vt aiunt, ab obitu eius anno vicesimo septimo sepulcrum illius quadam ex Nota de ve-
causa aperiretur, indumenta, cum quibus corpus eius humatum fuerat, tam sana & flum incor-
integra sunt inuenta, ut ne fimbria quidem dissoluta vel corrupta videretur. Ex qua re
pia manauit opinio, ea vestium, quae tot annis humo obruta fuissent, incorruptione
certum præberi documentum, illum mentis integritate & vitæ puritate vitam sibi
æternam conciliasse ac promeruisse. Accidit autem, vt quandoquæ idem Baduradus
in familiari colloquio circumstantibus questionem proponeret, quid sibi vellent ea
Saluatoris verba: Vulpes foueas habent, & volucres cælinidos? filius autem hominis Mat. 8.
non habet, vbi caput suum reclinet, & quidam ex eis responderet, Meinulpho au-
diente! Christus filius hominis, cordis nostri domicilium sibi expedit, sed peccata
Lue 9.